

B. N. II, 105.

X 1880366

II R
5056

h. 22, 15.

COMMENTARIA POLITICA
RERVM
HALENSIVM,
S. R. I. LIBERAE VRBIS,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO IVVENTVTIS PRINCIPE
D. FRIDERICO VILELMO
MARCHIONE BRANDENB. ELECT. HEREDE
ET RELIQA,

SVB MODERAMINE
IOAN. PETR. LVDOVICI,
PROFESSOR PVBL. ORDINAR.
HALENSIS SVEVI,
EXAMINI ERVDITORVM SVBMITTIT

IOANNES FRIDERICVS HEZEL,
HALENSIS SVEVVS
IVR. VTR. CVLTOR.

AD DIEM XXI APRIL. MDCCCXIX.

HALAE HERMVNDVROR.
TYPIS CHRISTOPH. ANDRAE ZEITLERI, ACAD. TYPOGR.





Q. D. B. V.

CAP. I.

DE NOMINE HALAE PARA-

DOXA,

§. I.



Alluntur iudicio, qui HALAM, praecipuum illud *Halae vox*
locis Germaniae, qui salis feraces sunt, & tantum *idem in*
non proprium nomen, in patria nostra existi- *Graeca Lin-*
mant *ἑλληνισεν.* Quamvis enim ΑΑΑΙ, in glos- *gua signi-*
fario CYRILLI, Graecis *salinae* audiant, imo *ἀλα* *ficat ac in*
expresse legatur apud HESYCHIUM, qui *θάλασσαν* reddit; *Germanica.*
quae vox & ipsa pro *salina*, aut quando hæc
excipitur vasta circumvallata sagena,
vt verbis MANILII vtar, non varo adhibetur: tantum ta-
men abest, vt Germanicum vocabulum Graecae originis
sit; quantum abest, Graecos ipsos a nostratibus vocem
mutuauisse. Stat firmiter animo meo; frustra de antiqui- *De origine*
tate linguarum certare homines literatos; cum vnâ o- *& diversi-*
mnes aetatem habere videantur. Quod ne temere asseru- *tate lin-*
isse videar: breuiter dabo commonstratum. A familia *guarum,*
Noachi, vt sacrae paginae fidem faciunt, homines vniuer- *quae nostra*
fos vt vitam, ita orationem accepisse, extra dubium est. *opinio?*
Eadem igitur cum inter mortales quosque lingua fuerit:

A 2

vnde

vnde tanta earum in orbe diuersitas facta, operae pretium est, inquisiuisse. Non enim, quod fere omnes faciunt, *Babylonicam confusionem*, in sacro codice notatam, in causa hic habeo; de qua, quid sentiam, quando e re fuerit, exponam in conflictu. Alia mihi mens est, idoneis post rationibus suffulcienda. Vno eodemque vsos esse idiomate Noachitas, antequam alii atque alii eorum, patriis sedibus relictis, in peregrinas & longe disitas regiones emigrarunt, facilius est ad credendum, quam vt mea res indigeat probatione. Ast vero quamobrem illi cum regione & linguam mutauerint; ibi demum monitore quodam opus esse videtur. Et vero tantis locorum interuallis disiectas gentes, in diuersa paulum, vti morum, ita linguae idiomata declinasse, causae plures euincunt. Primum enim cuiusque coloniae focii sermonem ita formarunt; pro vt genius, guttur, fauces, dentes, labia, ceteraque organa, haec vero quam diuersa sunt inter homines! apta erant ad facile pronuntiandum. Atque hanc pronuntiandi rationem liberi a parentibus ita acceperunt; vti hodiernum cum balba lactante lactentem quoque balbutire exemplis edocemur. Quantam vero pronuntiationis diuersitas, ipsi etiam linguae adferat disparitatem, nemo est, qui nequeat intelligere. Deinde maior tum atque faciliior fuit orationis contortio, quoniam literarum fulcris vocabula carebant, quae remedia dixeris contra idiomatis mutabilitatem. Porro antiquissimis istis temporibus vt paucarum rerum vsus; ita nec plurium nomina fuerunt. Quod si ergo diuersae coloniae res aut nouiter inuentas, aut nullo eousque nomine insignitas post adpellare debuerunt: qui fieri potuit aliter? quam vt in rebus, in cuiuslibet arbitrio positis, in alias atque alias voces aliae atque aliae gentes inciderent.

Ratio I. Accedit demum, quod hi ipsi casus idioma linguae Belgicae, vt

Ratio II.

Ratio III.

Ratio IV.

vt hoc tantum exemplum afferam, a nostra ita diuersum fecerint; vt rerum ignari pro diuersis linguis, quam vnā esse scimus, nunc sint habituri. Praeterea in ipsa vrbe, quam describendam nobis proposuimus, idiomatis in vernacula etiam, quod mireris, non parua est dissimilitudo. Moderantur orationem aliter *salinates*; aliter, qui in parte vrbis *transcocherana*; aliter, qui in *ciscocherana* habitant; atque inter hos ipsos, viri alicuius *dignitatis* ab hominibus *plebeis* in sermone non minus diuersi sunt. Vt adeo diuersas linguas, vt vox plurimum accipitur, & idiomata diuersa non specie, sed gradibus tantum differre omnino existimem. His coniecturis illud tandem magnum robur addit; quod vocabula rerum, quae necessarii & quotidiani vsus sunt, in plerisque linguis non ita diuersa compareant, vt ab artis criticae perito nequeant conciliari. Sed neque opus est, extra oleas hic vagari. Quis enim non dixerit? *άλς, saltz, sal* nomine ipso conuenire, in pronuntiatione aliquantum differre. Atque haec vna est e uocibus rerum vsus quotidiani. Instituerunt catalogos vocum viri eruditi, illarum maxime, quae in Graeca, Latina, Germanica aliisque linguis a se parum aut nihil distant. In quorum numero HERESBACHIUS, LAZIUS, ALBINUS, JUNIUS, CASAUBONUS, PEISKERUS, RUDBEKIUS, ac alii habentur. Hi tamen omnes digitum eo intenderunt, vt vnā gentem ex alia oriundam inde adprobarent. Quam opinionem in haecenus dictis satis videmur redarguisse. Nunc enim in viam redire nos iubet institutum.

Ratio V.

§. 2. Atque haec eadem ratio est, quare AAA Graecorum, & HALA Germanorum vocabula, de quibus nunc sermo fit, in literis, syllabis, pronuntiatione, significato etiam nihil inuicem differant. Vt adeo nullum exinde periculum metuendum; nostram a Graeca lingua propterea oriundam

Refelluntur, qui Halam Graecae orig. esse contendunt.

*Germanice
L. vindica-
tur.*

*Obiectio. a
Sala fl. & c.*

undam dicere. Quod πολιγράφους MÜNSTERVM, DRESSE-
RVM, BERTIVM, BRAVNIVM, RITTERVM, ZEILERVM ad u-
num omnes inconsiderantia quadam, cum series historiae,
quid enim in illa Graecis cum Germanis? coniecturam eo-
rum refellat, miror fecisse. Cum autem, non foris accersi-
tum HALAE nomen esse, constet: quod domi natum sit, il-
lud etiam fidem facit; quod vrbibus Germaniae nostrae
plurimis in *Sueuia, Saxonia, Hannonia, Brabantia, Austria, Tirolensi* comitatu, regionibus aliis idem dederint maiores
nostri. Abhorruisse enim alias a peregrina voce Germa-
nos, morum ac linguae suae olim tenacissimos, potius cre-
diderim. Equidem negari non potest, flumina, fontes,
loca falsuginosa alia Germanos etiam appellasse, non mu-
tata nominis, magis vsitati, litera initiali. Inde enim
SALAE verbo in Thuringia, Franconia ac alibi flumina no-
tata esse WENDELINUS, *Salicus*, in *glossario* tradit: quod aut
illa falsilagines praeterlabantur; aut salinae se eis admisce-
ant; aut ipsamet falsa sint; fluuii enim, de quo neutrum
dici possit, eius nominis se haud meminisse. Huc quo-
que facit, quod oppidum, salinis instructum, in regioni-
bus hisce, a Sale etiam SALZAE nomen tulisse scia-
mus. Et Luneburgensium Salinae die *Sultze, & Sole* (inde
in Saxonice etiam *Dobresöl & soteier*) ab incolis istius ci-
uitatis dicuntur, rarius, vt alibi, *das Hal*. Verum enim-
vero literae H & S in omnibus fere linguis, (exempla apud
Claud. DAUSQUIUM vide *Tom. I. Tract. II. Sect. I.*) facile per-
mutantur. quidni etiam in Germanica? Videtur porro,
Germanos inter salinas, aquam falsam & tabernas sa-
linarias distinxisse. Illas certe *die Sol & Sal* dixisse, modo
docuimus: has tamen alio nomine frequentius insigniri,
nullo iam opere euincemus.

§. 3. Sueui loca salinis finitima & quicquid tandem ad rem salinariam pertinet, dicimus *das Hal*; inde in Saxonice etiam coctores salis audiunt *die Halmeister*, & nostris *das gemeine Hal* in usu est, litera L simplici, & syllaba eius producta. Atque ita HALAE vocem veterem Germanam esse, recte arbitratus est CASP. BARTHIVS, & ipse *Halensis* (Lib. IV. c. 2.) A quo tamen in aliis non sine ratione iam abimus. Est vox HALLE, duplici liquida, quae atrium amplum Germanis audit (exempla exhibent LINDENBROGIVS, DV FRESNE, & SPEELMANNVS in *glossariis*). Ab hac ergo HALAE nomen, cum BARTHIO, viro summo, dicemus oriundum? Contrarium videtur; HALAM potius *Hallis* originem dedisse. Idque primo, quoniam HALA vna liquida, primitivum esse adparet, HALLE vero cum duplici derivativum. Deinde *Hala* magis vicina est coniugatis suis *der Sal Salz*, &c. Post etiam cum Graeco *ἅλα*, quae vox nativam originem servasse videtur, magis convenit. Demum latioris, atque eius quidem significatus est HALAE vox, ut occasionem ad HALLAM derivativum formandum videatur dedisse. Hoc antequam fiat, differentia nominum HALE & HALLE prius nobis constet. Quantum coniecturis assequor; HALLE vox (*Halae* quippe significationes § 3 dedimus) non nisi *tabernis salinariis* aut *locis*, ubi *sal* aut *coquitur* aut *venditur* tributa esse videtur. Est sane eiusdem idem & hodie usus, quando dicunt nostrates, in *der Halle*. Atque inde demum HALLE nomen *fori salinarii*, pro foro quocunque; atque *aedes salinarias*, *die Hallen* (quas sane eo ampliores esse oportuit; quo frequentiora olim commercia salinaria fuerunt, tot nondum salinis inuentis) pro spatiosa domo quacunque, usurpari coepisse existimo. Imo cum salinae inter sylvas & virgulta delitescerent, HALLAE etiam pro locis opacis dici potuerunt. A qua coniectura videtur multum lucis

acce-

Halae nominis significatus.

Inde vox Halle derivatur.

Rationes asserti.

Differunt significatibus Hala & Halla.

accedete diuersis significatibus HALLARUM, in citatis supra *glossariis* in vnum collectis. Vbi glossariographi alias se mirum torquent.

*Urbs nostra
an Hala an
Halla aut
Hallae scri-
benda?*

§. 4. Urbem vero vnde demum dicemus denomina-
tam? ab HALA, an HALLE. Posterius vult BARTHIUS alii-
que; nos prius tuebimur. Ita ille §. supr. c. HALLAE vo-
cantur a Germanis oppida, quae sale coquendo rem faciunt; unde
nec benefacere ii cognoscuntur, qui numero singularitatis usur-
pant eorum oppidorum nomina. Sane etsi ab HALLE, quod
credit vir summus, dicta oppida fuissent; parum tamen in-
de roboris eius sententiam accipere existimem. HALLA e-
nim in singulari numero apud laudatos GLOSSARIOGRA-
PHOS passim inuenitur. Iam vero ab *Hala*, vna liquida, op-
pida nomen accepisse vel articulus euincit. Dicimus e-
nim, quando de tali vrbe loquimur das Hall: quando de
atrio, die Halle. Non igitur solum HALA scribenda in
numero singulari: sed etiam vna tantum liquida, non
duplici HALLA. Quo in errore cum *Barthio* plures ver-
santur, quos nominare nihil attinet. Ceterum quae, *Fel.
Faber.* (lib. I. H. st. Sueuor. p. m. 207.) *Goropius Becanus* (lib. II.
rer. Francic. c. 42.) *Adr. Schriekius* (*Rer. Celtic. p. 320.*) aliique
pro docenda *Hallarum* origine afferunt, a nostra sententia
nos non dimouent; ea autem vt refellantur, parum refe-
ret, cum veriora docuisse videamur.

*Quae vr-
bes Halae,
quae Hal-
lae scriben-
dae.*

§. 5. Constare ex haectenus dictis illud potest, quod,
non aliunde, quam a salinis, HALARUM petendae in Ger-
mania origines sint. Id vero in nostra vrbe peculiaris in-
super ratio adprobat. Eam certe tripartitam esse, in tria
quasi oppida distinctam, constat. Horum autem uni cum
situs ratio nomen dederit *ubernkocher*; alterum vicinus
pagus verbo notauerit *der gelbinger gassen*: tertio demum
salinas, quae eidem tantum adiacent, *Halae* nomen indu-
bita-

bitatum erit, imposuisse. Quae sane appellatio huic propria & peculiaris est; quamuis ceteris quoque oppidis, quod eodem nunc iure & magistratu vtantur, contribuatur. Olim certe neque superiorem oppidi tertii partem HALAM dictam esse, sed nomen a septem castellis *Siebenbürgen* habuisse; inferiori tantum, quod salinis proxima esset, HALAE titulo relicto, testes habemus. Alia vero ratio oppidorum est, quae ab atriis, templis, palatiis, foris simili appellatione insignita sunt. Nam eius generis oppidum non HALAM; sed HALLAM duplici liquida dicendum esse, ex illis, quae § 3 diximus, potest esse manifestum.

CAP. II.
DE ORIGINE VRBIS AC
SALINARVM.

§. I.

TEstatissima pluribus Scriptoribus querela est, *αρχαίων* Quare pa-
Halense saeva incendii rabie An. 1376. (CRUSIVS *An-* rum de orig
nal Suen. L.V. part. 3. p. 287.) fuisse absumtum. Non urb. constet?
igitur negligentiae tribuendum, quod monumenta nos de-
ficiant, quae urbis natales edocerent. Dolendum potius,
hoc ciuitatis instrumentum interiisse. Vbi ergo scriptis
non licuit, coniecturis usi sunt urbium descriptores.

§. 2. Est *ἄλεισον* Locus, quem in Germania magna *An Hala A-*
Long. XXVIII. Latit. LI. gr. cum dimidio habere, docet *lisum sit*
PTOLEMAEUS (*lib. II. c. XI.*) Eundem hunc cum HALA no- *Ptolemaei?*
stra esse, vrbe ab ipso Ptolemaeo notata, vult augurari
HEROLDUS (*cap. VI de Statu Leg. Germ.*) Qua etiam conie- *Affirmant.*
ctura CRUSIVS, DRESSERUS, RITTERUS, aliique ducuntur.
Neque ORTELIUS eam redarguit, quod in tanto viro miror.
Sane HALAM nostram non eo loco sitam esse, quo *ἄλεισον*
B a scri-

*Negatur.
Rationes*

a Scriptoribus Romanis ponitur plurima docent. Nostra enim vrbs intra XXXIV. gradum long. & XLIX. Latitudinis interiecta esse videtur. Quo ipso in vtraque dimensione ab *Alifone* distat. Quamuis nemo mihi persuaserit, *Ptolemaeo* ita cognita fuisse locorum Germaniae interualla, vt peregrini hominis vestigiis pedem inferre debeamus. Deinde *Alisonem* TACITUS (*lib. II. Annal. c. 8.*) castellum ad limites custodiendos Romanis fuisse, memorat: quod HALAE nostrae illi tantum tribuent, qui eius regionis ac situs prorsus ignari sunt. Tandem diuturnam obsidionem ALISONEM pertulisse VELLEIUS scribit (*lib. II. cap. 120. § 4.*) quod Halae ita conuenit, vt pugnis oculo. Eius enim vrbs muri neque firmi adeo sunt: neque tantam aetatem redolent. Neque minus coniecturae huic DIO (*in Sicamb.*) contradicit, qui ad *Lupiae & Elifonis* confluentes idem castellum videtur re- fuisse. Vt taceam, quod nulla in nostris locis vestigia Romanorum in Lapidibus, sepulchris, nummis, aut alibi se prodant. Quae relictas fuisse crederem, si toties Romani salinas nostras frequentassent. Mittimus igitur inconsiderantiam illorum, qui *ἄλεισον* cum *Hala* confundunt.

*An Salinae
nostrae Ro-
manis in-
notuerint?*

§.3. Graviori vero censura illi digni sunt, qui, nescio qua proteruitate, nostras salinas *Ptolemaeo* nominat, immemoratas esse adserunt. Sane *Job. HEROLDUS* (*de Stat. L. Vet. Germ. c. 10.*) & qui eum sequitur *Steph. RITTERUS* (*lib. IV. Poligraph. p. 463.*) eo audaciae delabuntur; vt alter de HALA nostra ad mentem primi ita scribat: *Halla creditur, quod sit HALLISO* (declinat scriptio dupliciter a vero nam apud *Ptolem.* vna liquida, neque aspero sed leui spiritu vox scripta reperitur) vrbs apud *Ptolemaeum*: si quidem ibi etiam fontium salforum ad amnem *cocherum* facit mentionem. Sed cum nihil eius rei apud *Ptolemaeum* extet: fraudis argui posse videntur.

§. 4.

§. 4. Ceterum Ἀλείσωνα VILLANOVANUS, cuius notas in *Vbi demum Ptolemaeum MSC. possidemus, Hanestein* putat, quod *Harnstein* Ἀλείσων? legit *Orteius H. JUNIO* idum oppidem *Vesalia* est. Aliis nonnullis *Heilbronna*. Plures sententias congescit *Phil. CLVVERIUS* (*lib. III. c. 9. p. 33.*) Ex dispositione vero *Ptolemaei* incidere prope Rhenum videtur, fere e regione *Bonnae*. Quam coniecturam & *Tacitus* & *Paterculus LL.* supra cc. suis descriptionibus firmant. Sed tamen saepe opus fuisse Romanis, qui ripas Rheni cisrhenanas incoluerint, obiiciunt nominati scriptores. Quid inde? nonne Burgundia eis patuit, atque Lotharingia? regiones, quae saepe abundant. Et quae demum a genere ad speciem certam consecutio?

§. 5. Sed neque verior *Iob. HEROLDVS* (*d. l. c. 10.*) in *An vrbs a* eò est; quando *GARACALLAM* Imperator. & vixisse in vr- *Caracalla* be nostra, & circum Romanum in hoc loco effinxisse, & ludos *condita A* & munera Germanis, ut rem eis antea non uissam, edidisse, *CH. CCV?* ex ingenio fingit, non ex literarum docet monumentis. Quo errore *CRUSIUM* etiam (*lib. III. part I. p. 92.*) duci, miror; cum idem in origine vrbs ac salinarum alio loco (*lib. VII. part. II. p. 225.*) a se ipso postea dissentiat. Sed quis sibi imponi passus fuerit a sublestae fidei scriptoribus? ubi historiae romanae tacent; neque vlla rem produnt loci monumenta.

§. 6. *Salinas* vero vrbi natales dedisse, extra dubium est. Neque enim ad securitatem neque ad commoda vitae alia, quae causae ciuitatum sunt, locus alias aptus esse videtur, qui montibus, quibus vndique cinctus & tantum non prorsus sepultus est, interiacet. Latet nos tempus detecti fontis. Contigisse tamen post quam religione Christiana imbuta iam regio fuerat, dubio carere videtur; cum gentilismi nulla ibi vestigia supersint. Casum, qui salinas inuestigandi causam praebuerit, docere *CRUSI-*

Quid de casu inventae saline?

Us vult (*Lib. VII. part. 2. cap. 5.*) fide *Georg. Widemanni*, cuius *Chronicon MSC.* hominibus nostris in usu est; anilibus tamen fabulamentis passim inquinatum. Conuenit cum utroque *anonymus* urbis descriptor, quem exhibet *LYMNAEUS* (*Tom. IV. Iur. Publ. Lib. VII. c. 24.*) quos ceteri omnes *BRAUNIUS*, *BERTIUS*, *ZEILERUS* aliique sequuntur. Quibus & ego assensum darem; nisi *feras, lingendo falsuginem, venatores ad salinarum notitiam adduxisse*, fabula esset, quam in aliis Germaniae salinis describendis non minus nobis apponerent scriptores. Quicquid eius rei sit, id clarum est, urbem nostram a *salina, dem Hal*, & natales & nomen accepisse. Quo *TACITI* etiam locus facit, dum inquit de Germanis: *Colunt discreti ac diuersi, ut FONNS, ut campus & nemus placuit.* Quare plerasque Germaniae vrbes vel a *fluminibus* vel *fontibus* (ut haec nostra) vel *campis* vel *syluis* nomen accepisse, non male putauit *PHIL. CLUVERIUS lib. 1. c. 13. Germaniae antiquae.*

Quare vrbes Germ. a fontibus nominarint?

Quid urbis nostrae conditum fuerit ab initio?

§. 7. Ceterum illas septem turres, quae nominibus *Siebenburgen* nostris cognitae hodiernum sunt, pleraeque etiam adhuc dum extant, si *salinarias* forte *casas* excipias, in principio urbis nostrae conditas esse, existimem. Quoniam earum situs, quo multum inuicem distant, ac facies antiquitatem prodere videntur. *TACITUS* enim structuram German. ita in memoriam reuocat. Germani, inquit, *vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohaerentibus aedificiis: suo quisque domum spatio circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia aedificandi.* Neque hoc tantum coniecturam meam adiuuat: sed etiam illud, quoniam *Wiler* pagus, qui partem urbis *transcocheranam* facit, post septem turres *Siebenbürgen* conditus esse vel propterea videtur; quod ista villa a *salinis* & *cochero* amne distinguitur & aliquo interuallo ab iis distat. Cum

Cum e contrario *Siebenbürgen*, a salinis non procul absint. Quae sane argumenta pluris habeo quam ut CRVSIO subscribam (*Lib. VII. p. 2. c. 5. Annal. Sueu.*) contrarium prodente. Quid? quod nomen vrbi nostrae antiquissimum illud fuisse, quo *Siebenbürgen* audiuerit, ad mentem nostram scribat BRAUNIVS. Habent hic exemplum, quod $\omega\varsigma$ $\epsilon\nu$ $\pi\alpha\rho\delta\omega$ notari velim, recti significatus vocis *burgen Lexicographi*. Qui sane VEGETHI interpretationi (*lib. IV. c. 10.*) ex asse respondet. Ceterum has turres *Burgundorum* reliquias crediderim: cum & nomen & sedes genti in *Alemania* datae coniecturae fauere uideantur.

§. 8. Sed quam vrbi tandem nostrae aetatem tribuam, operae pretium existimo, indicasse. Quod antequam facio: *Halae* vrbis atque *Sibenburgi* non easdem origines esse, denuo moneo. Hoc enim illam antiquitate multum superare, alibi dedi probatum. Vrbes certe in *Germania* tempore *Carolingorum* paucas aut nullas extitisse, *CONRINGII* assertum est. Neque habeo, quod ei hic opponam. De castellis, vicis, locis muro non cinctis alia certe ratio est. Nam eius generis *PTOLEMAEVS* ultra nonaginta numeravit in *Germania*. His ergo praestructis, *Siebenburgum* siue *septem Halae* turres *QUARTO* fere *SECVLO* conditas fuisse, crediderim; quibus alia atque alia post aedificia fuerint adiecta; quae vrbis faciem fere poterant praeferre. Muri sero admodum facti uidentur. Cum quod *septem castella* securitati sufficere viderentur: tum quod per tot montium anfractus & loca accliuia eos ducere sumptuosissimi atque difficillimi operis esset: imo etiam *Wileram*, transcoheranae vrbis partem, anno demum *CLIO IO XXVI.* muro circumdatam esse, e *CRVSIO* (*Lib. XI. part III. c. 1.*) ac aliunde constet: tandem viuum illud sepimentum, die *Landheg*, quo regio *Halensis* circumsepta est, eius instar esse potuerit. Sed in viam reuertor, argumenta tri-

Coniectura
de aetate
vrbis.

*Rationes as-
serti.* butae antiquitatis *ciuitati* nostrae, excussurus. Atque primo, cum discretæ septem illae turre sint; non iis temporibus conditas esse, quiuis largietur: vbi arte architectonica, quod temporibus Caroli M. & antea factum, in Ger- niis prodita est. *Qua domus domum in urbibus extructis de- buit contingere.* Deinde cum *Burgundorum* moribus, ORO- SIO & ISIDORO descriptis, & colendi & incolendi haec ra- tio, descriptioni *Siebenburgi* nostri prorsus conuenit. Tum *burgi* vox antiquissimis tantum temporibus *turrim* notauit. postea enim latinam vocem Germani ciuitate & ipsi dona- runt, *burgi* verbo pro arce tantum & castro adhibito. Prae- terea salinae locum hominibus celebrem reddere poterant, vt adeo LEHMANNI atque CONRINGII causa urbium in Germania hic standum non sit. Post, vt etiam de republica quid coniecter, seculo IX. fere seruitutum in Germania plera- que genera cessasse, nullam sane coeptam post ea tempora esse, in historia satis clarum est. Cum ergo nostram ciui- tatem seruos sibi subiectos habuisse, e reliquiis hodiernis der leibeigenen constet: quis quaeso dubitet? rempubli- cam ante haec tempora floruisse. Demum formam re- rumpublicar. Germaniae TACITVS ita exprimit; vt quam- que *nobiles, plebem, seruos* dicat constituisse: ita *Halam* ad pristinum illum morem Germaniae alteram partem *nobiles*, alteram *plebeios* olim rexisse (*vid CRVS. Lib. IX. part. III. c. 5.*) seruorum instar fuisse *die leibeigenen* existimauero. Deni- que vrbes Germaniae antiquissimas esse, quam equites S. R. I. vt *Halam* nostram, effecerunt, in historia satis expe- ditum est. Seculo X. enim mos demum inualuit homines plebeios iussu principis cogere, vt e singulis pagis aliqui rura cum urbibus permutarent. Quae sane omnia ma- gnæ vrbis antiquitatem arguere, ille intelliget, qui in pa- tria historia tyrocinia posuit. Ceterum, quae ad descri- ben-

bendam urbem, res gestas civium notandas aliaque pertinent, scientes omittimus, partim quod a CRUSIO, ZEILERO, LYMNAEO, MUNSTERO, aliisque recte tradita sint; partim quod in controuersiam non veniant, ut ad eo nostris commentariis non indigere videantur.

C A P. III.

DE PRAEROGATIVIS, PRIVILEGIIS, AC PRAESTANTIA CIVITATIS HALENSIS.

§. I.

INter praerogatiuas non vltimum locum illam mereri, *I. Hala ciuitas nobilium* existimo, qua ciuitatem nostram ab hominibus *nobilibus & conditam & habitatam esse constat* (CRUSIUS *Lib. IV. cap. II. c. 5. Lib. II. part. III. p. 97. & in paralipomen. p. 62. LYMNAEVS Lib. VII. c. 24.*) Ideo *ciuitas nobilium*, eine adelstadt, ipsa passim audit. Nos exinde etiam urbis antiquitatem superius aestimauimus. Huius coniecturae tantum abest, ut nos hic poeniteat; ut potius testimonio suo eam NITHARDUS magis firmet, qui antiquissimis temporibus vrbes *edelingorum* tantum domicilia fuisse (*Lib. III.*) scribit. Seculo tamen X. aut post cum alii quoque ex hominibus *plebeis* se in urbem contulissent: & ipsi ad ciuium non solum iura; sed societatem regiminis quoque admissi sunt. Inde *secretiorem senatum* den innern Rath *nobiles* constituerunt; inferioris vero des aeussern membra etiam eius ex *plebe* facta sunt (*MSC. Waltheri apud Lymnaeum Lib. VII. c. 24. §. 4.*) Sed vero *inferiori* senatu, (cuius, si parua magnis conferre licet, eadem ratio videtur fuisse, quam in Anglia parlamenti inferioris des vnter-

vnterhausses) a potissimis negotiis excluso, contra *secretiorem*, qui res alicuius momenti sibi vnice arrogare voluerat ciues arma cœperunt. Quae disfidia causam legimus dedisse LUDOUICO Imperatori vt per VLRICVM comitem Wurtembergicum sententiam declararet disidentib9 A. c. 1530. qua ad *secretiorem* senatum etiam plebei admissi sunt; vna eius parte ex *nobilitate*, altera ex *plebe* sumpta (*Chronicon. MSC. Würtenb. p. 308.*) Expirasse vero propterea *inferiorem senatum*, LYMNAEO lc. imposuit MSC. cum hodiernum vigere sciamus. Illud certum est, aegre tulisse nobiles familias, *nobilitatis* iura atque *plebis* ita commixta esse. Quod ergo LIVIUS (*Lib. II. c. 44.*) & HALICARNASSEUS (*Lib. VIII. p. 229.*) de Romanis scripserunt; id Halensibus accidit. quod scilicet malum, partim nobilium consiliis; partim patientia plebis sustentatum, iam ad extrema venerit. Ut duabus ciuitatibus ex vna factis; se inuicem suspectas haberent. Contaminari enim sanguinem suum, confundi iura, nobilitas reba-
tur. - Tantum certe potuit illud disfidium inter Halenses; vt nobiles familiae ex eo tempore alio se conferendi animum sumerent, vbi facta tectaue nobilitatis iura essent. Quare Hala relicta Norimbergam, Ulmam, Augustam multos nouimus se contulisse (Confer. etiam CRVSIVS *part. III. IX. c. 16. p. 534.*) Causam maiorum motuum eadem discrimina *nobilitatis* ac *plebis* A. c. 1532. in vrbe dederunt. In qua cum denuo nobiles succumberent, omni spe pristinorum iurium deiecta, iterum a patria nostra eorum non infimam partem legimus emigrasse. (vid. HEROLDUS, quem excribit *Crustus Lib. X. part. III. p. 546.*) Et sane clementiae OPTIMI NVMINIS vnice dandum esse existimo; quod non aliquis finitimorum Principum republica turbis toties concussa, Augustum tm egerit, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa nomine principis (*protectoris, aduocati*)
sub

sub potestatem receperit. Habet porro ciuitas, quod sibi in simili cum Romanis casu diuersum euentum gratuletur. Ita enim, exacta nobilitate, earundem natalium ciuibus vrbs relicta est. Quod cum ad concordiam ciuium ac magistratus, tum eo etiam facit: quod nulli in re publica ad maximos iam honoris gradus interclusa via sit. Vt adeo ARISTOTELIS illa ciuium definitio nostris Halensibus apprime conueniat. Dicit enim philosophus, *ciuis est, cui in illa ciuitate cuius est ciuis, potestas est fungendi magistratu vel deliberatiuo, vel iudiciali.* Quo ipso sane nostra respublica sibi melius constat: ac illae omnes, quae sub duro patriciorum iugo hodiernum ingemiscunt. Ceterum cum CONRINGIUS (*dissert. de Ciuib. Imp. §. L. LIV.*) addubitet, ciuitatibus S. R. I. locum in comitiis tempore Saxonie Imperat. fuisse; cum earum nusquam expresse sit facta mentio: Halae nostrae idem non uidetur obesse. *Multitudinis* sane in eius generis conuentibus rationem habitam, WITEKINDUS (*I. ac II. libris*) tradit. Illa equites S. R. I. intelligit modo laudatus auctor. Quidni ergo copiam hanc nostris fuisse credamus? quos *Halam* diximus olim tantum incoluisse.

§. 2. Crearunt Romani ad ius reddendum *praetores*: Prærog. II. ob eandem causam urbibus Germaniae suos *grauiones*, ad S. R. I. *uocatos*, *scultetos* ac *scabinos* dederunt Imperatores, ut no- SCULTE- mine & auctoritate eorum iura dicerent. *Iacob von* KOE- TUS Halen- NIGSHOUEN, autor *Chron. Als.* quem *Ioh. SCHILTERVS*, vir sibus. summus, & rerum Germanicarum solertissimus indagator, nuperrime primus in lucem protulit, de eius generis iudiciis (*cap. 1. p. 17.*) ita scribit: *hievor rihtetent die Kunige und andere Herren irer undertonen sachen selber us. Das kein gericht was one su. Tu ist es darzu kumen. Das ein Keyser machet einen Landuoget/ ein Bobest einen Bischof.*

C

die

die sachen in iren Landen us zu richtende. dieselben machent
 furbas Schultheissen. die Schultheissen setzent unterschul-
 theissen. also müssen vil der rihter sin. Anehtes Anehtes
 Aneht. Exinde ergo muneris ratio constare videtur *Scul-*
teti. Equidem nominis originem a *Schuld heissen* venire,
 nullus dubito. Audit sane praetor nostris hodiernum *Schul-*
theis, cuius vocis quanta cum illa vicinitas sit, quis non
 videt? Sunt etiam compositi nominis simplicia nostris in
 usu. *Heissen* enim *exigere* significat: voce autem *schuld*
 non *debita* solum, sed *culpam* omnis generis notamus; in-
 de sermo er hat an dieser Sache schuld. Quod si ergo nunc
Sculteti explicare nomen debeo; a Ioh. SIMLERO (*lib. II.*
de Rempubl. Helv. p. 361.) LEHMANNO (*lib. II. c. 22. Chron. Spir.*)
 BESOLDO, & centum aliis, qui hos sequuntur, mihi censeo
 abeundum. Hi enim *Scultetum* iudicem putant, qui de
debitis tantum pronuntiarit, pignora coeperit, creditori sa-
 tisfieri coegerit: summam, cuius munus in iubendis de-
 bitis omne fuerit absolutum. Daß man vorm Schuldheiß
 allein Schuld sachen flagte. Verum enimvero aliter senti-
 re me faciunt non leues rationes. Primum enim vocabu-
 lum *Schuld* Germanis non *debita* solum; sed *culpam* o-
 mnis generis notare modo dixi. Deinde *glossaria* Anglo-
 Saxon. & Arabico-Latina *Sculdais*, *Sculdafium*, *Scultetum* vo-
 cabula synonyma, *paenatorem*, *tortorem*, *exactorem quem-*
cunque interpretantur, testimonia vide apud Henr. SPEEL-
 MANNUM in *Glossario*. Post etiam *LL. Longobardor.* con-
 sulenti; facile patebit, *Sculteti* munus de *seruo fugaci*, *sacri-*
legio, *nuptiis*, aliisque casibus fuisse imploratum. Vnde
etiam AUCTOR *rerum Lindauens.* p. 159. corrigendus est; qui
 vel tempore Carolingorum. *Sculteti* munus limitibus, a SIM-
 LERO *l. c.* aliisque positus, circumscriptum esse existimat:
 quamuis posterioribus seculis ad alia iurium genera fuerit
 exten-

extensum. Ceterum res notissima est; quod *Scultetus* iudex fuerit comiti, aduocato, *einem Burggrauen*, *Reichsuogt* praefectis aliis, quos Imperatores vrbibus dederunt, aut subiectus, aut qui vices eorum, gereret. Ita enim Saxoniae Electores, dum *Burggrauii Magdeburgici* essent, vicarium suum *Scultetum* Halae Saxonum habuerunt; de cuius institutione vetus MSC. ea refert, quae digna visa sunt, hic inserere. Der rath zu Halle aussern innungen und gemeinheit bringen einen Bürger / der zu Halle geböhren / oder in den Gerichten gezehlet ist / nach ihrer Gewohnheit / an den Bischoff von Magdeburg und bitten den zum Schultheissen zu bestättigen. Das soll der Bischoff thun und bestethiget ihn zum Schuldheissen / und bringen ihn an den Churfürsten von Sachsen und bitten um befehlung des Bannes / darunter er vollkommentlich dinget. Also kriegt der Schultheiß zu Halle zweyerley einweissung / zweyerley eyde / zweyerley bann und zweyerley gericht. Wenn der Schultheiß nach gewohnheit der statt Halle geköhren / durch den Bischoff von Magdeburg bestäthiget und der bann an den Churfürsten zu Sachsen gesucht ist; so weist ihn der Bischoff für den Roland / als ein Herr des Landes und dis ist die erste einweisung; hernach weist ihn der Churfürst von Sachsen auch vor den Roland und leitet ihn ein das thut er / als ein Burggrav zu Magdeburg und dis ist die andere einweisung. Wenn aber der Schultheiß von dem Bischoff vor den Roland gewiesen / so schwehret er den eyd darinnen Sachsenrecht geschrieben stehet. Den andern thut er auch / wenn er vom Churf. zu Sachsen eingewisset als denn schwehret er aber. Darnach leihet der Bischoff ihm das Schultheißthum und befühlet ihm das Amt und Zwang / über bann über das Schultheißgericht / daß er wochentlich in seinem hoff halt vor dem Roland zu vollführen. Desgleichen

chen geschicht die andere befehlung vom Churf. zu Sachsen /
 der befehlet ihm den zwang über bann / über leib und le-
 ben halß und bauch und alle hauptgerichte / wie sich die zus-
 tragen. Nolumus in his constitutionibus exscribendis pro-
 lixiores esse; id tamen, quod sequitur, non omittendum
 duximus. In eo enim porro distinguitur ratio muneris
Sculteti Halensis, vt, quando is Electoris nomine in causis
 criminalibus agat, necessarium ei sit, iudicium ad statuum
Rulandi & praesentibus Scabinis exercere: non item in ci-
 vilibus Archiepiscopi auctoritate expediendis, vbi vtroque
 eum carere posse asseritur. Exercetur tamen, quod stri-
 ctim noto, SCULTETI munus in vrbe Halensi hodiernum.
 Quamuis, ex quo Sax. Elector ius Burggrauatus vendidit
 Archiepiscopis, eius ratio aliquantum immutata esse videat-
 tur. Sed a diuerticulo in viam, ab Hala Magdeburgica ad
Suevicam mihi redeundum. S. R. I. SCULTETUM nostrae
 ciuitati ab Imperatore praefectum esse, satis constat. Le-
 gatur interim CRVSIVS *part. III. lib. IV. cap. 6.* cum meliori
 scriptore res nostrae careant. Aduerti, dum in hoc argu-
 mento versarer, non vnus generis in Germania SCULTETOS
 fuisse. Vnus eorum erat, qui a *Burggrauis*, den *Reichs-
 vdgten / Graven* / praefectis Caesareis in vrbibus constitu-
 ti fuerunt; quos vicarios eorum poteris nominare, vti Mag-
 deburgicum fuisse diximus: alterum eorum, qui a magi-
 stratibus, ad res minoris momenti iudicandas, erant creati,
 tales in ciuitatibus ipsis, imo praefecturis extra ciuitatem
Dorf- und Amt-Schultheissen / in Sueuia nostra passim re-
 periuntur: tertium demum eorum, quibus a Caesare, vel so-
 lis vel cum Scabinis iuris in vrbibus, imperatoria auctori-
 tate, dicundi facultas data. Atque huius tandem generis
 nostrae ciuitatis *Scultetum* fuisse, plura arguunt. Ipse
 MAXIMILIANVS Imperator testis maior omni exceptione
 est



est, qui in priuilegio (quod exhibet *Adr. GYLMANNI Tim. Vl. c. 7 §. 18. p. 185.*) A. 1495. vrbi *Halensi* concessio, inquit: Vor unsern und des Reichs schultheissen daselbsten zu Halle. Vt adeo religioni sit, plura pro eius dignitate addere.

§. 3. Et enim tanti habuerunt SCVLTETI hoc mu- III. Priuile-
 nus Imperatores; vt ciuitatem Halensem priuilegio con- gia Halen-
 tra quaeuis *iudicia extranea* magno indulgentiae argumen- sium contra
 to insignirent. Extat libellus MAXIMILIANI Imper. quo il- iudicia ex-
 le beneficium hoc, non primus concessit, vt KNIPSCHIL- tranea qua-
 DIVS (*lib. III. de iur. ciuit. c. 22. p. 731.*) scribit: sed ab aliis im- uis.
 peratoribus, von weyland unsern Vorfahren am Reich Röm. Kaysern und Königen/vt eius verba sunt, ciuitati Halensi pridem datum instaurauit: vti etiam CAROLVM V. A. 1521. fecisse apud GYLMANNI *loum cit.* legimus. Sunt autem verba prioris codicilli haec: würden sie (Halenses) doch unbilliger weiß für das genannte gericht zu Würzburg und sonst andre außere und fremde gerichte fürgeheischen / geladen etc. Darum geben / setzen / und ordnen wir / daß dieselben Bürgemeister und Rath zu Halle und ihre nachkommen / noch ihre bürger / hindansetzen oder andere der ihren etc. geistlich oder weltlich etc. für kein hoffgericht / landgericht / und andere fremde gericht etc. und sonderlich für das landgericht des Herzogthums Francken nicht fürgeheischen etc. werden sollen in keine weise etc. sondern wer zu ihnen Forderung zu haben vermeinet / daß dieselben Kläger etc. sich begnügen lassen. Nemlich wer gegen etc. gemeine statt Hall zu sprechen hat/vor unsern und des Reichs=Schultheissen daselbsten zu Hall / und 5. oder 7. personen auffer nechsten dreyer unsrer des H. Reich=stätten / welche sie wollen fordern und zu den gemeldten Schultheissen nieder setzen mögen und sollen. Und was alsdenn etc. durch den mehrern theil aus ihnen recht gesprochen / dabey soll es bleiben. Imo etiam hoc in eo specialiter

cialiter cautum, quod Halenses vicinos suos, qui cum illis in vrbe negotiantur, ob debita arrestare queant, ita, vt hi nec aucari debeant aut possint. Causam priuilegii *in commerciis salinariis* posuero; ad quae sane facere videtur, vt creditoribus facilis contra negligentes debitores iuris via sit. Vt fides inter vtrosque constet.

iv. Hälli-
sche leibeigene.

§ 3. Ceterum SCULTETI aliqua hodiernum in ciuitate nostra est auctoritas; cuius munus in re non vna versatur. Causas quasdam ciuiles minoris momenti ipse solus expedit: maiores cum assessoribus quibusdam aliis ex ordine senatorio; cuius tamen ipse iudicii *desß einiger Gerichts* praeses est. Deinde in causis criminalibus iudicandis sua non minus ei iura sunt. Vltimo enim supplicio afficiendis ipse indicat poenam mortis; & nuntius tristis verbi est. Imo, dum *baculum*, quem manu tenet, frangit, *indem er den stab bricht* / id iudicii facit; expeditam causam, neque vllam gratiae spem superesse. Quid? quod praeterea munus actoris *fisci regii*, *desß Keyserl. fiscals* quondam videtur obiisse. Probat sane LEHMANNVS (*lib. II. 24.*) *daß unter dem Königl. Fiscal die Leibeigene in stätten und auf dem Land seinem Ambt und schutz zugestanden.* Inde eius generis *serui, homines fisci, fiscales, fiscalini* audiunt CAPITVLARIB. (*de villis. cap. 52.*) nonnunquam etiam *Rönigsleuthe* / vt habet WEHNERVS (*Observ. pract. p. p. 236.*) *Ita pariter Sculteto Halensi, multos seruos (viel leibeigene Leuthe) subiecti sunt. qui eo tamen, quod bene notandum, priuilegio gaudent, vt in omnibus ciuitatibus recipiantur in album ciuium: quod aliis seruis non conceditur, vt e Georg. WIDEMANNO docet Crusius (part. III. lib. IV. c. 5. p. 217).* Quod si conditionem *hominum propriorum*, qui *sculteto* nostro subiecti sunt, considero; non possum non cum non nemine dolere, *seruitutem inter homines Christianos*, temporum super-

per-

perstitutione; sed malo rerum publicarum, sublatam fuisse.
 Causas, si opus fuerit, indicabimus in conflictu.

§. 5. Genera *duellorum*, quae Graeci *monomachias*, *V. Priuilegium Monomachiae*, germani *campiones*, a campis, vbi fieri assolent, aut etiam *das Faustrecht* dicunt, in historiis plura occurrunt: quae tamen omnia in *priuata* ac *publica* commode dispartiri posse existimamus. Vtraque vero, si causas spectes, iterum varia sunt. Quando enim alter cum altero certamine congregitur: id vel ad vlciscendam iniuriam; vel famam vindicandam; vel probandam innocentiam videtur suscepisse. Quamuis vero nemo a moribus Christianis ita alienus sit; vt primi generis *duella* legibus diuinis repugnare dubitet: tamen dum alterum ac tertium indulserunt magistratus Christiani, frustra circa primum cautiones fuisse, mirum non est. Qui malo huic consulere voluerunt, *priuatis* interdictis, *publica* duella certis legibus permiserunt. Ita scilicet, vt laesus causam magistratui qui ius habeat instituendi duella, denuntiaret; hic citaret aduersarium; vtroque etiam, vt in gratiam redirent, serio admoneret. Quod si vero omnis reconciliationis spes decollaret; tum demum copiam eis faceret ad vnum ac alterum certamen ineundum. Ita enim sanguini humano parci existimabant, si vnus succumberet, plurimum auerso concursu. Tum etiam dextram autumabant non virtute regi; sed Astraea & Themide, id est, diuina iustitia. Atque haec *monomachiae publicae* iura multis gentibus, ante & postquam Christianae fierent, in vsu fuisse, historia prodit. De ANGLIS superiori adhuc aetate SPEELMANNVS testatur, dignus certe, vt hic consulatur. In GALLIIS idem obtinuisse & legibus & exemplis docet IOH. BODINVS. De LONGOBARDIS ex LL. eorum res adeo certa est, vt his quidam originem tribuant *publicae monomachiae*. Neque ab hoc more

DA-

DANOS abhorruisse, auctor est SAXO GRAMMATICVS. vt operae pretium non sit, plura conquirere. In GERMANIA quis Imperatorum monomachiam primus legibus publicis permiserit in ordinemque disposuerit, inter tot ac tantos scriptores de DVELLIS, qui id tradat, neminem potui reperire: quamuis omnino referre existimem, vt aliquis monomachiae publicae in Germania historiam rite pertexeret. In GLOSSA *Germanica speculi Saxonici* (lib. I. artic. LXIII. §. 4.) origo publicae monomachiae in Germania Saxonibus tribuitur. Verba sunt: *Diß recht vom Kampff haben die Sachsen allein und vor ein besonder recht.* Et obiectionem contra assertum idem auctor & facit sibi & soluit. *Du möchst aber ferner sagen: ich setze gleichwohl unrecht / daß dieses ein sonderliches recht der Sachsen sey; denn man gemeiniglich um solche sachen / auch nach dem Rensser recht kämpffet etc. diß löse auff / daß es ieziger Zeit gemein worden / ist nur seid Renssers Friedrichs Zeiten also; der es auß der Sachsen sonderlichen recht gezogen.* Sed auctor huius glossae tanti non est, vt eo, tacentibus aliis, aut contrarium prodeuntibus, possimus inniti. Nostrae sane ciuitati iura *monomachiae publicae* ab Imperatoribus collata esse, atque *Senatum* vrbis autoritate polluisse certamina haec intra moenia in foro aut alibi aperiendi, dirigendi ac iudicandi omnibus fere Scriptoribus testatissimum est. *Leges publicorum duellorum* exhibet GOLDASTVS (in den *Reichs-satzungen cap. CLXX. Land und Lehen-Recht § pag. 236. Ordnung des Kampffrechts*) Peculiares vero a senatu Halensi certaturis praescriptas, recitant MVNSTERVS (lib. III. c. 302. *Cosmogr.*) & ex WIDEMANNO *Crusius* (*Paralipom. p. 62.*) Exempla initi Halae certaminis apud eundem vide (*Part. III. lib. VI. c. 8. p. 330.*) Quo autem tempore vrbi nostrae id iuris datum; difficile est definire. Pueriles ineptiae sunt *Job. HEROLDI*; qui (*libello*

bello de Stat. vet. Leg. in Germ. c. 10.) leges duelli Halenses ad tempora CARACALLAE Imperat. refert; atque praeter errorem, quem supra discussimus, alium committit; dum ludos circenses Romanorum, quos ibi Imperatorem somniat celebrasse, cum monomachia, iure singularis certaminis, turpiter confundit; quo placito sane stultius esse, nihil potest. Miror DRESSERVUM absurdae coniecturae suam etiam assensum dedisse. Quod vitium eius J. LYMNAEVUS (Tom. IV. I. P. lib. VII. c. 24) frustra reiicit in typographum; quem pro, CAROLVM exscripsisse CARACALLAM existimat. KNIPSCHILDIVS (lib. III. c. 22. §. 18.) quarti nomen addit; quo sane & Lymnaeo, cui affingit haec, iniuriam facit; & se ipsum egregie decipit; cum multis seculis ante Caroli IV. tempora his legibus Halae fuerit certatum. Sane Seb. MVNSTERSVS A. CHR. CLV. V. exemplum duelli Halae celebrati (auf dem Viehmarkt) loco supr. c. affert. Vnde aetatem priuilegii antiquissimam esse, atque ad tempora accedere Carolingorum, patescit. Ceterum causas iurium singularis certaminis Halae tributorum, in eo me puto iuuenisse; quod vrbs tot nobilium familiarum domicilium fuerit, tot etiam S. R. I. Equitibus (quot enim eorum extra urbem in arcibus habitarent in confinio, e WIDEMANNO Crusius numerat part. III. lib. II. c. 13. p. 92.) extiterit vicina. Hos certe ad famam seruandam, vindicandum honorem, vlciscendas iniurias his priuilegiis prae aliis gauisos esse, consuetudines gentium ac Germaniae etiam nostrae testantur. Legere hic licet Andr. ALCIATI opusculum (cap. 30. sq.) de singulari certamine; quod Tom. IV. operum extat. In desuetudinem vero, quod Deo dandum, vsus venit publicae huius monomachiae. Dolet id Iob. BODINVS, cui (lib. IV. e. 7. p. 743.) consultum videtur, publica eiusmodi duella Principes fouere; vt scilicet minori permisso, maius malum, insidiae, D clan.

V. 1281
G. 110
R. 111
L. 112
113



candestina duella, concursus integrarum familiarum euitentur. Rationes in vtramque partem Ernest COTHMAN-
NVS (*Volum. V Respons. II. §. 40. sqq.*) congeffit. Nos negati-
uiam tuebimur in conflictu. Ceterum eam gloriam Prin-
cipi nostro, Potentissimo Electori Brandenburgico, relictam
esse in Germania constat; qui DVELLIS publice priuatim-
que commissis, ciuilibus, militaribus, mandato grauisimo
A. CH. c. l. d. LXXXIX. primus obicem posuit. De quo
huic etiam FRIDERICIANAE fas est congratulari.

V. INSI- §. 5. Insignia HALENSIBVS sunt *dextra manus in fla-*
GNIO- *uo campo; & aurea crux in rubro* Proprium cuique scu-
RVM HA- *tum est, eiusdem situs ac formae.* Sunt autem vtraque ere-
LENS. Ra- *cta: quorum deinde latera superiora duos rectos angulos ha-*
tio, *bent; inferiora vtrinque in rotunditatem inflectuntur. A-*
quila tertio accedit, quae *desuper* scutum vtrumque com-
plectitur. Tria etiam haec in *sigillo* vrbis rotundo conspi-
piciuntur; quod in *cera rubra* imprimi assolet. Somnia
Sigismundi Weinbrenneri de *insigniis Halensibus* CRVSIVS (*Part.*
III. lib. IX. c. s. p. 499.) refert: *Manus*, aiebat, *Deum patrem*
significat, (cur non S. Spiritum qui S. literis digitus Dei audit)
crux redemptorem Christum; aquila bonus afflatus Spiritus S. (a-
ptius forte aquilam Deo patri tribuisset, quam Iouis auem ad
fidem nummorum Romani dixerunt.) *Ibi iam Trinitas perso-*
narum; sed rotunditate monet ae, vnitas innuitur aeternae Deita-
tis. Ast fabula hac superstitiosi Theologi se delectent: nos ad
aliam horum insigniorum explicationem progrediemur, ibi-
dem non minus descriptam. Senatum *Secretiorem* nobi-
litem; *inferiorem* den *äussern Rath* homines plebeios
constituisse *cap. III. §. 1.* diximus: *Illius* ergo insignia *ma-*
num, vt qui mandandi potestatem habeat *die Oberhand*:
huius *crucem* fuisse, quod ei gloria tantum obsequii relictam,
adserunt. Ex quo vero A. c. l. d. CCC XL. vterque Senatus
in

in vnum coaluisset: tum demum etiam insignia haec, invicem coniuncta, vnum vrbis sigillum volunt constituisse. Atque haec placita etiam alii ad vnum omnes sequuntur. Cui illud quodammodo patrocinari videtur, quod Halensis Senatus hodiernum in mandatis, libellis minoris momenti aliis sigillo vtatur, quod *minus* dicere assolent, vbi manus tantum expressa conspicitur. Vt adeo crux postliminio quodammodo accessisse videatur. Sed tamen, quin facilis in assensu sim; cum aliae causae, tum illa me imprimis mouet: quod insignia vrbis ab Augustissimo Imperatore pendeant; ut ea Senatum superiorem contra inferiorem sibi arrogasse, quot volunt, probabile non videatur. Deinde non Senatus haec insignia; sed vrbis: ergo ad hanc potius, quam illum causas eorum putem respexisse. Si coniecturis indulgere licet, Imperatorem, qui vrbi insignia intulit, fidei eam atque obsequii admonere voluisse, *dextra* in iis expressa, crediderim: in seruatae autem fidei tesseram *crucem auream in rubro campo*, quae Halensi nostrae vt oculus oculo respondent, datam esse, exemplo insigniorum vrbis *Messanensis* adprobet FAZELLVS (*Decade I. lib. II. Rer. Sicul. c. 2. p. m. 42. §. 35.*) Ceterum *Aquilam*, si alia non repugnent, vrbis in imperio Germanico immediatae quoddammodo signum esse, largior auctoribus ab HOEPINGIO (*Part. III. cap. 6. §. 2. p. 380. de Iure insign.*) magno numero laudatis. Halae enim nostrae quis demum in dubium vocauerit iura immedietatis? FABER (*lib. I. Hist. Suen c. 12. p. 101.*) scribit; *tempore Frider. I. Imp. omnia nobilium fuisse in Suevia; nullam Imperii ciuitatem.* Ast tamen ipsorum incolarum nobilium intuitu Halensem ciuitatem S. R. I. liberam ac immediatam fuisse, ex iis, quae cap. II. i. diximus potest constare. In aliis vero vrbibus hanc notam ita imponere existimo; ac fallacia aequivocationis in Philosophia rationali.

nali. Tandem neque illud praetereundum est; *cera rubra* vti in sigillo *Halenses*: cum aliis ciuitatibus non nisi *viri dem* adhibere fas sit. Notum est, quid inter vtrumque hodie credatur interesse.

VI. *Hala*
iure mone-
tandi gau-
det; inde
nomen Hal-
lerorum der
Heller.

§. 6. Varii generis monetam ex auro & argento excudendi, facultatem habuisse ciuitatem nostram, nemo est, qui dubitet. Legantur interim CRVSIVS (*Part. II. lib. VII. c. 5. p. 226.*) Marq. FREHERVS (*de re monet. lib. I. c. 2.*) & alii, qui hos excusunt. Inueniuntur hodiernum *thaleri Halenses* A. 1545. excusi: qui vna parte *insignia urbis* §. 5. exsculpta; altera *aquilam*, addito Imperatoris *Caroli V.* nomine, referunt. Imo superstites hodiernum *aedes* sunt in vrbis parte *Gelbingeriana*, vbi moneta praeparata est, quae nunc etiam audiunt *die munze*. Sunt tamen alia, quae in hac causa operae pretium est indicasse. Antiquissimis temporibus hoc *mone-tandi iure* vrbem nostram gauisam esse, plura fidem faciunt. Primum enim *Halenses*, *die Heller* / monetae genus perantiquum & tantum non primum in Germania, quod *Halae* excusi essent, inde nomen traxisse, vti *Floreni* a *Florentia* vrbe dicti fuerint, scriptoribus plurimis testatum est. Vnius FREHERI, uiri rerum Germanicarum scientissimi auctoritas maior nobis esse debet, ac ceterorum omnium, qui haec in dubium audent vocare. Ita autem ille *l. c.* scribit. *Halenses minutissimae monetae vsualis genus, apud HALAM SVEVIAE primum signatum.* Taceo alios, qui eum magno numero sequuntur. Sed quod aliter non de origine *Halerorum* seu *Halensium*, *der Haller* sentiendum sit, praeter testimonia etiam rationes fidem astruunt. Primum enim non *Halerorum* huic numulorum generi tantum nomen fuit; vt quasi *Halber Pfenning* dictos fuisse existimes; sed *Halenses* alii auctores (quos in *Catholico Rei Monetae* GOL-DASTI inuenies) Seculo XIII. & post, eosdem appellarunt,

vt

vt adeo Halae nostrae originem eorum deberi, certo certius constet. Deinde etiam in *Halleris* antiquioribus *manus* expressa conspicitur; quapropter sermone vulgi hodiernum dicuntur *die Händlings-Haller* / (consul. Cyr. SPANGEBERGIUS in *Chronico Sax.* c. 202.) vt adeo quaerere hic liceat ab aduersariis cum seruatore *τίνας ἢ εἰκὼν αὐτῆς ἢ ἐπιγραφή;* cuius haec imago est & inscriptio? Post etiam necessarium ad *commerciasalinarum* urbi nostrae videtur fuisse, vt cum aurum & argentum e peregrinis locis passim ad sal coemendum homines afferrent, ciuitati simul facultas esset, vt eadem etiam pretio signaret. Non ergo audiendi sunt, qui *Halerorum* nomen aliunde repetunt; quasi, quod pretium *dimidii Pfenningi* ualeantia uocula Germanor. *Hall / Halber* seu elisa litera *b*, *Haller* dicti sint. Ita frustra sentiunt GOLDASTVS (Tom. I. part. 2. p. 294 p. 294.) Dau. Thom. ab HAGELSTEIN (lib. IV. c. 2. p. 56. *Actor. Menetar. volumine*) aliique. Contrarium certe cum ex modo dictis; tum inde etiam potest constare: quod nummuli hi in plurali non *Halbere* aut *Hallere*; sed *Haeller* scribantur: eadem ratione, qua ciues *Halenses* peregrinis hodiernum *die Haller*, aut *Hällische* audiunt. Quod enim TILEMANNVS *Frisius* (in *speculo Rei Monet.*) scribit: in Saxonice regionibus quibusdam eosdem *Helbling*, quasi *dimidium* nummum dixeris, vocari; illud parum hic facere existimo; quippe qui non de *Helbingis*, sed *Haleris* in praesenti differamus. Sed ad rem. Antiquitatem iuris monetandi apud Halenses praeterea illud etiam arguit; quod *librae Halenses die Pfundheller* ante vnum & alterum adhuc seculum fuerint omnibus fere Germanis pretium, quo in contractibus quibusuis fuerant vsi, Paul. HACHENBERGIO id prodente ad fidem veterum auctorum (*Dissert. X. de re Nummar. Veter. German* §. 23. p. 375.) Et LVDOVICVS IVtus *Imp.* in priuilegio urbis Francof. (part. I. f. 16.) *solidorum*

Halensium mentionem facit. Ut certe ex rationibus allegatis omnino coniecter, eam aetatem *iuris monetandi* apud Halenses esse, quae cum urbibus Germaniae vniuersae contendere possit. Non parum enim est; *omnem fere pecuniam apud Germanos ex hac urbe appellationem traxisse.* Ceterum ab Imperatoribus vrbi concessa haec iura esse, quam antiqua etiam sint, prorsus existimo. Fuisse enim semper in Germania verum, quod Imperator dicit in *Keyserl. Land und Lehenrecht (lib. I. tit. XII.)* Wir sprechen / daß alle Münzen / die im Röm. Reich seynd. / die seynd eines Röm. Königs. Und wer sie haben will / er sey Pfaff oder Ley / der muß sie haben von dem Röm. Reich und von dem Römischen König und wer diß nicht thut / der frevelt an dem Röml. Reich. Bene ergo *Christianus SCHLEGELIVS (tractatu de Nummis Altenburg. p. 10. sq.)* errores illorum discutit; qui *ius monetandi* ab Episcopo Herbipolitano civitati nostrae tributum esse asserunt. Quid enim Franconiae cum Sueuia? Et quis a causis Ecclesiasticis, monasteriis, ciuitati nostrae vicinis; ad iura haec ciuilia, quae ab Imperatore atque imperio pendent, aptam consecutionem esse dixerit? Nummos vero *Altenburgenses cruce manique* signatos, de quibus dictus auctor erudite disserit, iidemne cum nostris Halensibus sint, sub examen nunc mitterem, nisi temporis ac spatii ratio habenda, nobis praefiniti. Id minime praetereundum esse, existimo; quod *monetam* Halenses hodiernum excudant: eo tantum, ne in defuetudinem abeant iura, si non exerceantur: Solos tamen *Pfanningos* faciunt, insigniis ciuitatis, quae supra descripsimus, ornatos. Qui etiam neque quotidiani aut publici adeo vsus sunt, sed coram altari a pastoribus tantum pueris ac puellis, catechetica exercentibus, in memoriam huius iuris distribuuntur. Quare vero maiorem aut alius generis monetam face-

fac
Lyn
ric
te
bu
fur
de
ne
cre
sen
gn
ex
mo
no
ter
ter
CK
lum
ron
ws
ve
Q
nu
re
S
fu
ter
qu
fac
tu
wo



facere omiserint; dubium est. Habetur traditio arcem *Lymburgensem*, vrbi nostrae admodum vicinam, olim & periculofam valde, A. 1540. emisse Halenses (quo de legi potest *CRVSIVS part III lib. XI. cap. 15. p. 543.*) vt Comitibus Lymburgensibus ius reluendi esset relictum, si quidem illam summam aliquot millium aureorum monetae Halensis redderent. Hoc igitur ne fieret in vrbis detrimentum, monetam cudere, ex eo tempore Halenses omisisse. Facilis ad credendum historiam & ego essem; modo non constitissent nobis supra thaleri Halenses post id tempus a. 1545. signati. Potius igitur *moneta alia* defuisse dixerim Halensibus, ex quo tot imperii status, indulgentia Imperatorum, nummos fecerint: recudere enim alios operae pretium eis visum non est.

§. 7. Facit praeterea ad magnam vrbis nostrae, inter ceteras Germaniae, dignitatem, quod S. R. I. VEXILLVM teneat praeferatque in expeditionibus Imperii. Ita enim *CRVSIVS (Part. II. lib. VII. c. 5. p. 226.)* ait: *Signum siue vexillum Halensium in expeditionibus Imperii inter antecursores & rorarios est (in dem Vortzug und verlohrenen hauffen év τοῖς, ὡς ἂν τις εἶποι εἰσφοινδύνοῖς καὶ ἀποκεκυβέεμενος) suntque eius vexilli duo colores, ruber & flauus: symbolum vitae & mortis.* Quem locum infiniti alii exscripserunt, quos nominare nunc nihil attinet. Quid vero sibi velit hoc vexillum, e re erit quadantenus explicasse. Notum est iura vexilli S. R. I. si vnquam alias, hoc tempore certe mirum agitata fuisse. Inter has ipsas controuersias *AVCTOR von unterscheid des hauptbanners und der Sturmfahne (§. 21. p. 15.)* qui causam Hanoueranam agit, huius etiam vexilli nostri facit mentionem. *Konnte also / de vexillo Halensi loquitur, auch eine besondere Reichs-oder Creysfahne genennet werden.* Mihi, lectis illis, quae *LAZIVS (de Republ. Rom. VII.)*

VII. VEXILLVM S. R. I. tenent Halenses.

LY-

LYMNAEVS (*Add. Tom. I. I. P. lib. 5 III.*) HOEPINGIVS (*cap. XVII. de iure Insign.*) OBRECHTVS (*de vexillo Imperiali diatriba*) CVLPISIVS (*notis ad Monzamban. & scriptis aliis seorsim editis*) ANONYMVVS (*von untersch. Reichs- und Sturmflagne.*) ex instituto de S. R. I. vexillis tradiderunt; quae meo animo sententia subnata sit, coniecturis quibusdam liceat explicare. Illud ergo quodammodo hic praestruendum esse existimo, quod officia ac munera S. R. I. eo concesserint ab initio Imperatores, vt illi, qui iis praediti erant, haec ipsa in aula Caesarea aut imperio obirent. Qua ratione Comites, Duces, Pincernae, Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, alii generis eiusdem, quod officii cuiusque erat, peregerant, proptereaque S. R. I. ministrorum seu officialium titulo gauisi atque ab aliis aliorum principum eiusdem fere dignitatis administratoribus fuerant distincti. Postea vero, seculorum ambitione, factum est; vt splendidissimorum munerum nominibus Imperatores tantum honoris causa aliquos insignirent: qui similes titulos pretio, nummis, modis aliis a Caesaribus auide mercati sunt. Atque ita demum euenit vt plures, quam dignitatis ratio admittere videbatur, iisdem titulis in S. R. I. vterentur. Partim quod vnus Imperator pluribus bene merentibus eadem diuerso tempore contulisset: partim, quod illa officia a persona Imperatoris, pendere viderentur; quorum quisque novos sibi ministros eligere posset, illis, quos antecessor constituisset, insuper habitis, quamuis neque hi dignitatem, semel tributam, deponerent: partim etiam, quod demum parum referre crederent, plures titulo eodem vti, cui nihil praeter nomen esset relictum. Cuius rei vnum tantum exemplum afferam, praesenti negotio quodammodo vicinum. Ita enim S. R. I. VENATORES audiunt Duces *Wurtembergici*: sed eundem titulum *Austriae* Ducibus tributum fuisse in historia

-LXXV. IIV
I. R. 2. MVI
-H. t. t. t. t. t.
-LXXV.

storia reperi. sic comites *Werningrodani* PISCATIONIBVS S. R. I. praefecti esse celebrantur; sed eandem praerogativam *Ducibus Wurtembergicis* tributam, memini me legisse. Ast quid haec ad S. R. I. vexilla? non parum sane, cum, eandem & hic rationem obtinuisse, inueniamus. Certe *Marchionem Montisferatensem BONIFACIUM III. perpetuo munere, S. R. I. VEXILLIFERVM* sec. XII. fuisse celebratum, scribit *Niceph. Gregoras, Graecus auctor (lib. VII. Hist. Rom. p. m. 166. 167.)* Haec enim mihi ex eo loco didicisse videor; quamuis cetera auctoris non aeque probem, quod *iura S. R. I. vexilliferorum* omnibus marchionibus communia fuisse scribat; quam causam eius tueri videtur *CVIACIVS (de Feud lib. I. tit. 1. p. 166.)* Sed tamen nihil hoc impediuit, quin *Rud. I. Imp. Sec. XIII. opera Henr. Hachberg. March. in S. R. I. vexillo ferendo vteretur (Gerard. de ROO lib. I. p. 301. 30.)* aut non multo post *Com. Hanoicum. S. R. I. vexilliferum* constitueret *Adolfus Nass. Imperator (HERZOG Chron. Alsat. lib. V. p. 62.)* Sic iterum eandem *S. R. I. VEXILLIFERI* dignitatem sec. XIV. Imp. a *Ludouico Bauaro* collatam accepit *CASTRUCIVS Princeps Lucensis (FREHERVS Append. ad Tom I. script Germ. p. 31.)* de cuius vita ac rebus gestis *BLONDVS (Decad. II. lib IX.) MACHIAVELLVS (de vita Castrucii, ubi, quod eundem Imperator vicarium S. R. I. Tusciae constituerit, legitur)* aliique scripserunt. Idem Imperator, quod mireris, *Conradum de Schluffelburg*, qua *Dominum Groninganium S. R. I. vexilliferum* creauit, scribente *WALZIO (lib. II. cap. 2. p. m. 99. Wurtemberg. Stams urspr.)* quem eadem antea dignitate cohonestauerat eius *Anticaesar Fridericus (ALBERTO Argent. teste ad An. 1323. p. m. 121.)* Quamuis autem iuris huius reliquis tenaciores fuerint *Wurtembergici*, ad quos An. 1336. iure venditionis castrum Groninganium peruenit: tamen sequentes Imperatores non ita se astringi

E

gi

gi passi sunt, vt non & aliis rursus Germaniae Proceribus vexilliferi S. R. I. munus se conferre posse, existimarent. Sane *Saxoniae Duci* A. 1475. *Fridericum III. Imperatorem* magnum S. R. I. VEXILLVM ferendum dedisse, idonei nobis testes sunt. *Philippia MVLLENHEIM* literæ (nuper a Joh. Schiltero Ictorum Coryphaeo cum *Königsb Hofio* editae p. 1105.) ita habent: und uf den tag/als alle Fürsten und huffen zu Ross und zu Fuß ins Feld zusammen kamen / hohe und nyder / ist dem Herzog von Sachsen das groß panir geben worden und ihm blieben / und sunst allen Churfürsten und fürsten (vbi tum ius Wurtembergici?) keins; atque in epistola, ab eodem viro ad ciuitatem Argentoratensem perscripta, appellatur Dux Saxoniae *Albertus* des heiligen Reichs Baner. Vt adeo certum sit, priuilegio *Ludouici Bauari Groningano* concessum, nihil praepeditum fuisse *Fridericum III. Imperatorem*; quin eiusdem quoq; *Saxonem* participem redderet. Vtroque deinde A. 1495. in imperii comitiis eandem dignitatem a Maximiliano I. repetente (*Lymn. Add. Tom. I. lib. I. c. 14.*) non aliud S. R. I. vexillum vnus atque alterius fuisse credendum, vt *COQVILLE* existimat (*en l' histoire de Nivernois p. 315.*) sed liberum fuisse & huic Imperatori, S. R. I. vexillum vno praeterito, alteri conferre. Certe primi statuta secundus *MAXIMILIANVS* Imperator sibi non ab esse credidit; quo minus in Turcico bello A. 1566. *Ioh. Friderico Pomeraniae Duci* S. R. I. vexillum die *Rens. Hof* und *Blüthfahne* conferret. Neque querelae, a Duce Wurtembergico motae, quicquam profecerunt, tenente id Pomeraniae Duce, quod ei semel ab Imperatore fuerat collatum. Unde causam vides, quare nullum aulae Caesareae responsum *Wurtembergicis* in ea re datum, *CVLPIVS* (*ad Cap. III. §. 8. Monzamb.*) potuerit reperire. Quem etiam virum, harum certe rerum scientissimum, frustra id vexilli genus pro alio habere, quam quod debeat

debeatur Wurtembergico, clarum est. Idem enim in simili expeditione contra Turcam anno 1532. hoc vexilli genus Wurtembergico tribuendum, eidem expresse asseruit: neq; ZASIVS (*in lit. ad Ducem Wurtenb.*) quod ei consulto Culpisius affingit; hoc Pomeraniae Duci datum S. R. I. *vexillum* nomine tantum einer Hoff Fahnen insignit; sed idem hoc eine Reichs-Hoff-Fahne/ & mox eine Kensevl Reichs-Fahne/ aliis item interjectis eine Reichs-Fahne dicit; a quo, quod magis notandum ipse sub finē die R. hoffahne expresse distinguit; ut adeo non videam, quo iure CVLPISIVS inter hoc Pomerani & S. R. I. vexillum distinguere possit. Haec omnia eo faciunt ut intelligatur, quid iuris sibi sumpserint Imperatores *in S. R. I. Vexellifero* creando, quamvis alii antea ea dignitate fuerint defuncti. Rationes, quae huic rei patrocinari videntur, superius indicauimus. Multum sane roboris in consuetudine hic posuero, per tot exempla & casus adductos mirum confirmata. Neque adeo male vertendum esse Imperatoribus existimem; si officia haec honoris causa certis familiis tributa, maxime cum salus id reipublicae velit, per alios extra ordinem expediant, titulo tamen atque dignitate ordinariis minime sublata. Durum certe, Regi administratos non fieri, sed nasci: neque fas esse, sua fidissimis ac optimis committere. Memini me in aliis etiam regnis legisse, vbi, quamvis aulae munera hereditaria sint, Regi tamen integrum maneat, ad ea alios, si visum fuerit, constituere, modo prioribus de honore constet. Ceterum ab illis, qui *vexillum Wurtembergicum des Röm. Reichs Sturm-fahne Sueviae tantum Ducatu* includunt; aut contra perduelles & turbatores quosque (*im Sturm*) solum adhibitum fuisse, affirmare volunt, fides monumentorum, cui nihil in hoc studii genere posthabendum est, me cogit abire. Haec de *militari vexillo S. R. I.*; dicta sufficiant. Cuius vsus cum

extramilitiam nullus sit, ipso CVLPISIO adferente (pag. 404. lc.) desiderari aliud in Imperio videtur, quod in pompis, comitiis, solennitatibus aliis praeferatur. Tale senatui Romanorum fuisse, testis est, inter alios, APPIANVS (*lib. IV. de bell. ciuil. p. m. 5. 00.*) Controuersis igitur de S. R. I. vexillo inter *Principes* Imperii indicatis: quid *urbibus Imperialibus* super eadem causa negotii sit, ad exponendum restat. Vtrique de S. R. I. vexillo sermo est: quod in causa fuit, quare omnibus aequiuocatio nominis imposuerit, vt pro vno vexillo haberent; quae a se inuicem admodum diuersa sunt. In errantium numero illustrē virum VLRIC. OBRECHTVM esse recte iudicauit CVLPISIVS. Sed vero is ipse, dum charybdin euitauit, in scyllam incidit. Vexillum S. R. I. quod apud *Argentoratenses* est, cum illo, de quo *Principes* diximus controuertisse, vnum *idemque* putat OBRECHTVS (*cap. IV. p. 22. l. c.*) CVLPISIVS contra (*p. 485. l. c.*) non solum hoc negat; sed ne quidem S. R. I. vexilli id nomen mereri, scribit, tantum pro particulari aliquo vrbis signo habendum. Vterque, quod pace tantorum virorum dixerim, falsus est: veritatem ex ipsis domesticis scriptoribus eruemus. De re ipsa autem sic habe. *Vexillorum S. R. I.* tria genera vnus eiusdemque nominis fuisse, existimo: quae adhibita sunt, vbi vniuersa Germania, praesente ipso Imperatore, arma coepit. Vnum *Principum* fuit, alterum *Nobilitatis*, tertium tandem *Urbium Imperialium* in Germania. De isto, quam disputatum inter *Principes* sit, id enim ferre, nemini infra hunc ordinem fas est (*R. U. zu Regensburg 1471. §. 34.*) ex hactenus dictis constat. Illud vero ab hoc plane diuersum (*R. U. An. 1542. §. 39. so soll nichts destoweniger*) peculiari etiam nomine audit die *S. Georgen-Fahne* / quod ordini *Equestri* in Germania ita proprium, vt ei etiam inscriptum reperitur S. GEORGIVS PATRONVS NOBILITATIS IMMEDI-

DIA-

DIATAE. (vid. *Gasp. LERCHI* Reichs-Adels herkommen.) Ab utroque adhuc *tertium* differt, *urbibus imperialibus* commissum. Scilicet, cum *exercitum imperii* nostri tres ordines constituerent; alii enim milites *Principum*, alii *nobilitatis equestris*, atque alii rursus *liberarum urbium* fuerunt; visum fuit Imperatori singulis ordinibus singula *S. R. I. vexilla* assignare. De secundo genere der *S. Georgen-fahnen* res notior est, quam ut aliqua luce indigeat; de reliquis duobus non item. Habuisse vero *liberas Urbes*, iuxta *Principum S. R. I. vexillum*, & ipsas peculiare, epistola MULLENHEIMII s. c. omnium clarissime edocet. Cum enim *Principum S. R. I. vexillum*, des heil. Reichs Fürsten-fahne / quod ipse das groß Panir dicit, Saxoniae Duci ab Imperatore Friderico III. A. 1475. datum esse, retulisset; de *S. R. I. vexillo urbium* des heil. Reichs Stätsfahne in sequentibus pergit: Die Kayserl. Majest. will auff diesen heutigen tag thun den erbern stetzen / das nie geschehen ist / und ihnen ein des heil. Reichs Panir geben / Nürnberg soll des vor aller stette wegen haben. Sed hoc aegre tulisse *Argentoratenses*, Norinbergensib9 propterea ab Imperatore in hac dignitate praelatos, idem porro scribit: Darum ich als Hauptmann (Argentoratensium scilicet) antwort / das es unbillich wäre sequitur ratio; das die statt Straßburg vor allen stetten / sy sise oben etc. des mer so habe sy bürger / die do nit ziehen um Solt / sondern um ehren willen etc. harum und dann ere und zucht den stetten mit ime des heil. Reichs Panir beschehen solle / vor allen andern Fürsten / sunder den Herzog von Sachsen / hoff ich das der statt Straßburg / als billig / beschehe / als keiner statt. Sequitur mox responsum Imperatoris, quod tale erat: das die statt Straßburg / auch Cölne / Nürnberg / Franckfurth und Ulme / das Panir ein tag um den andern haben sollen / das ist von den jüngstgemeldeten stetten zugelassen worden etc. das die statt Straßburg es

den ersten tag haben solt. Habes hic primo distinctissima esse S. R. I. vexilla Principum & liberarum urbium; deinde Argentoratense hoc vexillum, non particulare ciuitatis, sed publicum S. R. I. omnium urbium liberarum militibus praefendum. Illud in ordinem rediget placita Illustr. Obrechtii; hoc tuebitur eundem contra Culpisium: cuius utriusque sententias superius retulimus. Quantum vero lucis inde scriptoribus supra, laudatis omnibus ac singulis, qui enim haec bene distinxerit, scio neminem, accedat: ille demum agnoscat, qui animum huic controuersiae infixit. Sed nostrae urbis oblitus nos esse dixeris? fateor; non tamen operae poenitet, causae huic impensae. Et nisi haec ipsa bene intellecta sint, de nostis frustra institueretur disputatio. Vexillum Halensium in expeditionibus Imperii inter antecursores & rotarios esse, in dem verlohnen hauffen / hoc & aliud nihil omnes dicunt Crusius, Lymnaeus, Reusnerus, Zeilerus, Oldenburgerus alii. Mihi illud LAMBERTI Schaffnaburgensis (ad An. 1075.) adhibere hic liceat, dum inquit; Sueuis ab antiquis iam diebus lege latum esse, ut in omni expeditione Regis Teutonici ipsi exercitum praecedere & primi committere debeant. Horum ergo & vexilliferos esse, & vexillum custodire Halam nostram, quis dubitabit? Non igitur nationis Germaniae, sed Sueuicae gentis hoc vexillum est. Dices, unde tanta HALAE nostrae prae aliis Sueviae urbibus dignitas? Nihil mirum. Cum enim nobiles S. R. I. eam incoluisse §. 1. huius cap. ostenderimus: quis incolis illustrioribus hanc inuideat militarem praerogatiuam? Color vexilli Halensium idem ac insigniorum est, cuius rationes §. 5. huius cap. habuimus. Ceterum Argentoratensi urbe Art. XVI. Pacis Rysuicensis, ab Imperio Germanico prorsus auulsa, certabunt liberae ac immediatae ciuitates de iure S. R. I. vexillum custodiendi. Triste Romanis omen erat, vexilla
ami-

amifisse: *malus* ergo vates sim, si, quod in votis habeo, civitates S. R. I. *erepto signo*, iura libertatis, quae Deus facta esse iubeat, bene tueantur.

§. 8. Restant praeter recensita haecenus, alia iura: quae *VIII. Priuileg. über heeg und Schleg.* strictim noto, cum spatio ac temporis angustiae ab ampliori opere nos excludant. Ambit territorium Hallense fossa ac viuum sepimentum (*CRUSIVS lib. VII. Part. II. c. 5.*) Inde Ruperto Imperatori priuilegium debet *Heg und Schleg* (*ZEILER. Chronico Suen. p. 292.*) Neque adeo tanta eis de *finibus* controuersia: quam, vt simili modo, alii Germaniae proceres euitent, optat *CONRINGIUS* (*Theaur. Rer. Part. IV. p. 1299.*) Pristinam tamen id tantum regiones circumsepit, non terminos post ultra prolatos. Causam sepimenti in disidiis posuero, quae inter *Sueuos* ac *Francos* notum est intercesisse. Horum enim limitibus regio opposita est Halensium.


§. 9. Atque inde *Halam*, propugnaculum *Sueuorum* contra *Francos* hosce Orientales factum esse, putamus. In qua causa, praeter vicinitatem, etiam illa est; quod magnus nobilium numerus *vt §. 1. huius cap.* scripsimus, cum in vrbe ipsa, tum in confiniis eius habitauerint. Hi enim dato signo conuenire atque hostes reprimere poterant. Deinde & ipsi *Franci* in finibus *Rotenburgenfium* similem fossam *Sueuis* ac nostrae Halensi maxime obiecerunt. Vtraque viget hodie. Alii in eodem hoc numero etiam habent *Dunkelspulam*. *IX. Sueuore Antemurale.*

§. 10. Summa appellationis *ducentos florenos* excedere debuit, ex quo priuilegio A. 1567. gaudebant nostri (*BLVM. Proc. Cam. Tit. XLVIII. tab. 6. p. 384.*) Sed hodie aliter res definita *X. Priuileg. de non appellando.* & ad 400 thal. producta est (per *Recess. Imp. A. 1654. §. 112.* *Bierdtens solle die Summa.*)

§. 11. Singulare etiam est, quod consules nostri in ver- *XI. Tituli consulum.* nacula neque *Burgemeister*/neque *Rathsmeister*/sed *Stattmeistere* audiant. Rationem in eo ponit *Crusius* (*Part. II. lib. 8.*)

lib. 8. c. 5.) quod tribus urbibus praesint; inde eius originem fere in An. M CCC XXIII, reicere videtur (*idem Part. III. lib. IV. c. 6. p. 217.*) Idem nomen Argentoratensibus in usu; sed hi in numero singulari *Stattmeister* appellantur. Aliter nostri ob dictam causam. In *priuilegio Maxim. I. An. 1521. §. 3.* a nobis allegato, *Burgemeister* / consules nihilominus Halenses dicit Imperator. Sed id imperito scribae tribuendum, cum sua nomini ratio & usus constare videatur.

XII. An. §. 12. Urbem Hallensem naturam reddidisse valde mun-
vrbs expu- nitam, scribit CONRINGIUS (*Thesaur. Rer. Part. IV. p. 1299.*)
gnatu dif- Montibus enim vndique cinctam neque tormentis neque
ficilis sit? alius generis machinis peti posse, omnes fere auctores cre-
 dunt. Fabula est, cum plagas urbis septentrionales atq; me-
 ridionales satis spatii ad id pandere sciamus. Melius sibi (A.
 1688) in nouissima inuasionem Gallica ciuitas consuluit; quod
 non extrema expectaret, sed urbem sibi ac imperio ab hoste in
 tempore redimeret; cum virium tum inuasori obiectarum tri-
 stissimum euentum nostrae vicina urbs hodiernum lugere vi-
 deatur. Sed prospiciat futuris etiam malis Deus, & hostes
 quosuis a moenibus *Halae nostrae* auerruncet. Atque in his,
 pientissimis votis, pro dulcissima patria ab utroque disse-
 rente factis, pensum hoc absoluimus: quamuis *praegoratiua-*
rum urbis nostrae ampliores terminos esse nequicquam dif-
 fiteamur. Scripsimus, quantum edita nobis monumenta
 suggesserunt: quae ipsa tamen, cum non raro falsa tradide-
 rint, nostris rationibus emendauimus. Saepius coniecturis
 usi sumus, ubi inedita nos defecerunt instrumenta. Sic
 HALAE SVEVICAE iura HALAE BRANDEBURGICAE de-
 fendimus. Det Deus, ut, qui *huius* urbis indulgentissimus
 Dominus ac Princeps est; *illius* demum, si fata vici-
 num fecerint, firmissimum praestet tuta-
 mentum.



WMA

Ratio I.

vnde tanta
est, inquisi
bylonicam
hic habeo;
ponam in
tionibus fu
Noachitas
relictis, in
facilius est
batione.
am mutau
videtur.

Ratio II.

tes, in diue
declinasse,
coloniae fo
guttur, fau
quam diue
nuntiandur
a parentibu
ctante lacte
Quantam
guae adfera
gere. Dei

Ratio III.

tortio, quo
remedia di
antiquissim
nec pluriu
coloniae re
mine insigni
aliter? qua
alias atque
Accedit der

Ratio IV.

Accedit der



perae pretium
s faciunt, Ba-
tam, in causa
re fuerit, ex-
oneis post ra-
esse idiomate
patriis sedibus
es emigrarunt,
indigeat pro-
ione & lingu-
lam opus esse
disiectas gen-
guae idiomata
nim cuiusque
ro vt genius,
na, haec vero
ad facile pro-
tionem liberi
cum balba la-
is edocemur.
psi etiam lin-
queat intelli-
orationis con-
arebant, quae
tem. Porro
erum vsus; ita
ngo diuersae
eousque no-
ui fieri potuit
rio positis, in
es inciderent.
guae Belgicae,
vt

vt ho
feced
esse
desc
etian
dera
vrbi
que
plebe
fas l
fa n
mer
dit;
vfu
vt a
pus
ἀλα
aliqu
vfu
ti, i
isqu
me
SAU
Hi
ten
in
in
ru
mo
nib
lu

